

Non <sup>fuit</sup> separata, inquit: Deitas ipsius à corpore ipsius,  
neque etiam à spiritu ipsius.

իջեալ ի դժոխս: իջեալ Descendisse, est

præteritum perfectum infinitivi modi active vocis primæ  
conjugationis à verbo իջուելի descendere. ի est præpositio  
ին, vel ad. ut e.g. ի դժոխս ad inferos.

De hac voce դժոխս pauca quædam scientiæ causâ dicam.

դժոխս secundum nominis sui etymon Locum tum  
cognitione incomprehensibilem, tum ob dirissimas in eo  
infligendas penas accessu Difficilem exhibet; Hinc in Sacra  
Scriptura hebraico nomine **שׁוֹאֵל**, et juxta septua-

ginta interpretes in græca significatione ἀχης appellatur.  
Item secundum D. Math.: D. Paulum ad Cor.: Acta Apost.  
et Apocalyps: modò Sepulchrum, modò Gravissimas  
afflictiones, modò Locum inferorum denotat.